



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

IX. Iacob. Sadolet. S.R.E. Cardinal. Francisco Turnonio Cardinali, S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

facturus fueram omnino, nunc propensius faciam: quando de  
 amicitia, & pfo æquitatis patrocinio, quod tibi cum semper  
 rea, tum nunc maximè susceptum est, (siquidem factus es magis  
 ster æquitatis, qui eras antea fautor) confido fore, vt me in  
 populi facilius & melius, quæcunque equa postularint, esse  
 quantur. Quos notum tibi esse arbitror, quanta beneuolentia  
 quo amoris studio, iam inde ab initio, cum Dei voluntate  
 fidei & curæ concrediti fuerunt, amplexus sim: verè vt parentem  
 in liberos charitati mea in illos beneuolentia non cedat. Ho-  
 go nonnullis incommodis publicè oppressi, maximeq; iniqui-  
 te & perfidia vexati Iudæorum: quos nimium multis istinc  
 rib. priuilegijsq; insolentes, eorum calida crudelisq; auaritia  
 hominum generi perniciosos reddit: mittunt legatum ad vobis  
 à summoque Pontifice, & à sede apostolica remedia suis  
 dis vulnerib. querunt. Quos ego tibi quibus verbis commendo  
 nescio: cum illud te scire velim, multò plus, in eos si benefi-  
 tua contuleris & si eorum causâ vt cognoscas & defendas  
 ris adductus, quàm si in me ipsùm eadem contulisses, me tibi  
 uinctum, obligatumq; futurum: quàmquam fortasse non est  
 uæ iam in me obligationi locus. Sed tamen sic habeo. Ex om-  
 bus tuis in me meritis, quæ plurima sunt, hoc me vel imprimis  
 magnum existimaturum. De rebus suis ipsi te edocebunt, nec  
 ita manente, tua imprimis ope auxilioque nitentur. Eos  
 tuæ iustitiæ fideique commendo. Dedi etiam ad sacrum collegi-  
 um nostrum super hac re literas: quas tu leges & perpendes. In  
 tuo omnia arbitrio sapientiaque moderabere. Polus amplissimus  
 vit, certe in credibili quadam virtute animi & sanctitate vix  
 stans, totus tibi deditus est, plurimamque tibi reddit salutem.  
 Is in viam se daturus est hodie, aut cras, vt proficiatur ad  
 cuius ego abeuntis desiderium non sine magna molestia per-  
 uiam. Vale, & me, quod facis, dilige. Carpentoracii, V. Calend. Oc-  
 tobr. M. D. XXXIX.

## IX.

IACOB. SADOLET. S. R. E. CARDINAL.

Francisco Turnonio Cardinali, S. P. D.

PRIMUM tibi ago maximas (vti debeo) gratias, quod tua opera  
 & autoritate est factum, vt nos hic qui hybernis milie gra-  
 uissimè pressi eramus, Regis clementia & benignitate lenirentur.  
 Quod tuum in meos hosce populos beneficium hoc mihi occi-  
 dit gratias, quam si in me ipsùm propriè collatū fuisset, quò plus  
 apud me ratio officij valet, quam commodi. Certè enim nihil est  
 homini optandum, quod ego malim meum esse, quam eorū esse



pietatis & custodire ab ipso Deo crediti & commendati sunt. Sed grati animi nostri erga te declarandi alius dabitur locus. Maxima tibi occasio ut eandem tuam humanitatem requiram, quam erga me propensam sepe iam expertus sum. Albertus Pignora tibi quoque nomen propter virtutis & doctrinae excellentiam auditum esse arbitror, istuc venit, aditurus Regem auctoritate de causis. Hunc ego tunc fidei humanitatiq; diligentissime commendo. Amo enim hominem, idq; maiorem in modum. Nec solummodo, verum etiam admiro. Facile enim intelligo, id quae nobis non dubito confirmare, eorum qui ex ceteris nationibus doctrinae & litterarum nomine ad cognitionem meam perueniunt, neminem neq; doctiorem, neq; variis scientiis instructiorem, neque ornatorem, quam hunc, mihi notum fuisse. Accedat Theologiae scientiam, qua mirabiliter est praeditus, ad eandem conuenit, qui maxime sancti & salutare populo Christiano. Semper enim fidem catholicam, & ecclesiam Romanam nostram sacri & inuicta propugnacione, pluribus egregiis voluminibus effudit: ut hoc quidem nomine nosse illi esse plurimum debeat. Quocirca cum ita se habeat res, tuaque tibi huiusmodi homines propensa semper & benefica exiterit voluntas, ut amplissime Turoni, & omnibus precibus rogo, ut hominem in fidem & patrocinium tuum receptum, tua apud Regem gratia, quae maxima est, foueas & tueare: atq; ad eam benignitatem, quam tua sponte illi esse praestiturus, aliquid quoque praeterea causa addas, quo mihi facere nihil gratius potes. Illud tibi confirmo, si hominem hunc humanitate tua & liberalitate tua complexus: maximam gratiam ab omnibus iis, qui virtutem optimis artibus dediti sunt, in iurum te esse. Val. Capponeratae, Idib. Nouemb. M.D.XLI.

X.

IAC. SADOLETVS S.R.E. CARDIN. AM-  
 brofio Catharino Polito, S.P.D.

Non potui perferre diutius desiderium tui, quin sciscitarem, curae per litteras, quid ageres rerum, quomodoque valeres: quod tamen aequius fuerat me cognoscere ex tuis literis: tuaque in illis erga me benevolentiae habere testimonium: nec tamen meo meorum tibi ex animo affluxisse. Etsi enim habes patronum cuiusmodi, pra cuius ingenio, virtute, elegantia, nos tibi fortè habere visamur: tamen ut ille praestantia & grauitate dignitatis in seipsum te aduersum nos reddere potuit: sic humanitatem & comitate, qua singulari est praeditus, docere te debuit, non esse absentium amicorum memoriam deponendam. Sed

Z 2 iam